



Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

IV. An hoc tempus viginti dierum currat à die vacationis, an à die scientiæ
ejusdem vacationis, & quomodo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

dum antiquiores expectant usque ad finem 20. dierum forte ut rectius deliberent; nam & ipsi interim poterunt deliberare.

QUÆRO QUARTO, *An hoc tempus 20. dierum currat à die vacationis, an à die scientia ejusdem vacationis, & quomodo?*

- PRIMA CONCLUSIO. Cōmunis opinio est, quod solum currat † à die scientiæ; ita voluit gloss. *d. c. fin. in verbo, 20. dies*, ubi Archid. Jo. An. Gem. Franc. & ceteri omnes. Franc. Marc. *decis. Delphin. 1258. num. 5. 1. part. Add. ad Rot. decis. 1. de rer. permut. in no. Zerol. in Prax. Episc. in verbo, canonica, vers. ad septimum, concl. 2. & Tiraq. de retract. lign. §. 35. gloss. 4. num. 14.* ubi cum multis num. anteceden. & conseq. multa ad id affert similia, & exempla quibus id ipsum comprobari potest, ego illo contentus ero, quod afferunt gloss. & Dd. omnes, *d. c. fin. sumto ex c. quia diversitatem de concess. praben.* ubi tēpus † sex mensium, quod datur Prelatis ad conferendum, declaratur solum currere à die scientiæ, id quod etiam disponitur in *c. licet, de supp. negl. Pralat. & late traditur ibi per Doct. & Tiraq. d. g. 4. numero 7.* Hanc vero conclusionem puto procedere † non modo respectu totius collegii, & Capituli canonicorum, ut illi ignorant non currat hoc tempus, sed etiam singularibus, & aliquibus ex illis, si forte aliis scientibus ipsi ignorent vacationem justa aliqua causa, idque quoniam militat eadem ratio; neq; curare obstabit, quod hoc tempus currat omnibus simul, nam vel id procedit solum, ubi adsit expectans, vel ita capiendum, ut unus post alium illud tempus non habeant singuli.

- SECUNDA CONCLUSIO. Ad hoc, ut currat hoc tempus ad optandum, non sufficit † ficta illa notitia de qua in *clem. unica, §. ceterum, de concess. praben.* quoniam nimirum vacatio sit nota in loco, vel ecclesia beneficii, quicquid voluisse videatur Jo. An. *d. c. fi. in fin. et c.* quia contra eum in specie tenent ibid. Gemin. & Franc. tum quia id aperte colligitur ex gloss. *pen. d. clem. unica* & i

& ibi Card. Imol. & aliis dicentibus, † speciale id esse ²²
 in casu *d. clem. tum* propter verba *tex. dicentis, predicta*
vacationis notitiam, & mox, *in hoc casu*; tum propter
 speciale rationem illius rigoris, quia non perit ex-
 pectanti in totum privilegium acceptandi etiam pro
 illa vice, cum possit aliud beneficium acceptare. Sed
 antequam quæstionem hanc egrediamur, illud adno-
 randum est, ignorantiam affectatam, aut supinam non
 excusare; quin currat tempus, cum utraq; † pro scien- ²³
 tia habeatur, ut de prima est *tex. in l. qui contra, C. de*
incest. nupt. & in c. cum inhibitio, §. si quis vero, ibi, af-
fectatores ignorantia, de clandest. despons. cum alius ple-
ne adductus per Tiraq. d. gloss. 4. num. 28 & 29. de secun-
da est gloss. in clem. 1. in verbo, scienter, de consang. &
*affin. & est optimus *tex. in l. nec supina, ff. de jur. & fact.**
ignor. & in l. & consensus, §. ignorantia, ff. de contrahen-
emt. faciunt & optime quæ late de hujusmodi supina
ignorantia tradit idem Tiraq. d. gloss. 4. num. 34 & 35.
 Dubium autem est, quæ dicatur supina ignorantia, &
 quæ probabilis. Aliqui enim dicunt, supinam esse
 ignorantiam, ubi scientia præsumitur, quod tenuit
 Odd. *in tract. de restit. in integ. q. 8. art. 10. nu. 59. 60. &*
seqq. ubi plura affert exēpla, gloss. vero in d. clem. 1. ubi
*ceteri, de concess. prob. ex eo *tex.* colligunt, eum, qui sci-*
re potuit per se vel per alium excusandum non esse,
 imo habendum esse pro sciente. Mihi autem proba-
 bilius est, † id totum remittendum esse arbitrio judi- ²⁴
 cis: colligitur id ex Card. *in d. clem. 1. §. ceterum, num. 9.*
 post gloss. *in c. si clericus, in verbo, negligenter, de præ-*
ben. in 6. pro quo facit quod † arbitrium est, quando ²⁵
 præsumatur sciri lex inferioris, ut post alios tradit Me-
 noch. *de arbitr. lib. 2. cas. 186. num. 1.* Et quoniam etiam
 conjecturis, & præsumtionibus † probatur scientia, ²⁶
 ut inter alios tradunt Borgn. *decis. 36. nu. 27. 1. part. Me-*
 noch. *de arbitr. jud. lib. 2. cas. 89. num. 17. & late probat*
 Mascard *de probat. concl. 1293. num. 1.* poterit iudex, &
 bonus vix ex iis se informare, quæ de scientia præsu-
 menda passim tradunt Doct. quorum duos præcipuos

- casus, qui ad rem nostram facere possunt, hic adjuñge-
- 27 re volui. Primus est, in vicino, † & consanguineo, qui
 scire præsumitur facta vicini, & consanguinei, Odd.
tract. de rest. q. 8. art. 10. num. 62. & 65 post Bal. & alios
Menoch. de præsumt. lib. 1. quæst. 77. nu. 8. lib. 2. præsumt.
51. nu. 43. & 44. lib. 3. præsumt. 124. num. 27. & larrus
lib. 6. de præsumt. 24. per totã. Mascard. d. concl. 1293.
 9. 15. & 18. ubi tamen eam conclusionem multipliciter re-
- 28 stringunt, ac declarant. Multo vero magis † in præ-
 sente scientia præsumetur, ut fuse probat Mascard.
conclus. nu. 22. & Menoch. d. lib. 6. præsumt. 21. num. 6.
- 29 Secundus, quando † de aliqua re est publica vox, & fa-
 ma: late Mascard. d. tract. conclus. 1100. num. 2. Menoch.
d. præsumt. 23. nu. 70. & de arbitr. jud. lib. 2. cas. 186.
 8. post Dec. in c. cognoscentes, num. 18. ibiq; Fel. num. 17
- 30 de constit. Cui affine est, quod dicitur, † scientiam præ-
 sumi de eo, quod publice contigit, & est notorium, ut
inter alios late tradit Menoch. de præsumt. d. præsumt.
 23. n. 68. & 69. Odd. d. art. 10. num. 67. quod idem est
- 31 de iis, quæ fiunt † in loco, ubi quis solet frequentare
 ut optime ostendit Mascard. d. conclus. 1100. nu. 1. Co-
 ca quas tamen, & similes præsumptiones & conjecturæ
- 32 scientiæ adnotandum est, eas ut plurimum † tolli
 proberetur absentia, vel similis causa, quæ justam igno-
 rantiam causam præbeat, ut post Bal. d. c. cognoscentes, ibi
que Abb. num. 10. Fel. & Dec. nu. 19. Bero. num. 54.
aliosq; quamplurimos late ostendunt Menoch. d. cas. 186.
 nu. 16. Mascard. d. conclus. 1100. nu. 3. & 880. num. 3.
- 33 alioqui † præsumitur, l. super servis, ubi gloss. & Bar.
C. qui milit. non poss. cum simil. de quibus late inter alios
 teros per Mascard. d. conclus. 880. num. 3. & Menoch.
præsumt. lib. 4. præsumt. 116. num. 35.) quando in qua-
- 34 juramento † proberetur, habes late per Mascard. conclus.
 881. & Menoch. d. cas. 186. fere per tot. Alios vero casus
- 35 † quibus ignorantia, vel scientia præsumatur, aut præ-
 betur, habes per eisdem Menoch. Odd. & Mascard. d. l. de
 omnibus super. alleg. & Sot. reg. 175. Sed ad rem propriam

adjuñgendo, quoniam vacatio beneficii, de cujus notitia quærimus, quando præsumatur, contingere potest vel per mortem, vel etiam alia ratione, quomodo ¶ probetur mors, vel ejus notitia, colligere poteris ex 36
iis, quæ late tradit *Mascard. conclus. 1069. cum tribus seqq. & nuperrime Afin. in 2. part. sua Prax §. in princip. tex. per totum.* De vacatione vero ¶ per contractum 37
matrimonii, per assensionem alterius, aut resignationem videndus est idem *Mascard. d. tract. de probat. concl. 182 183. & 1395.* In specie vero de notitia ¶ va- 38
cationis beneficii, quando præsumatur atq; sufficiens sit, videri possunt *Doct. in c. licet, de suppl. negl. Pralat. c. quia diversitatem, de concess. præbend. & clem. unic. eodem tit.*

QUÆRO QUINTO ET POSTREMO, *An sic ut hoc tempus non currit ignorantibus, ita etiam aliter iusta de causa impedito, aut minori, vel saltem aliqua ratione iisdem succurratur?*

PRIMA CONCLUSIO. Probabile est, quod si ii omnes, qui optare debebant, iuste impediti fuerint, durante tali impedimento illud tempus ¶ iis non cur- 39
rat; *optimus tex. in l. 1. C. de annal. except. l. ob cõmissa, C. de adult. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excus. tut. l. ult. §. donec, C. de jur. delib. c. quia diversitatem, de concess. præbend. cum aliis similib.* Ex quibus illa regula fit, quod impedito ¶ non currit tempus, *quam inter alios probat 40*
Tiraq. de retract. lign. §. 3. gloss. 4. num. 6. & de retract. convent. §. 2. gloss. un. num. 78. dum tamen illud impedimentum non sit affectatum, *per ea, quæ late tradit idem Tiraq. de retr. lign. §. 35. gloss. 4. num. 29.* Multo vero magis id verum erit, si aliqui ex iis ¶ sint minores: 41
iis enim saltem non currit hujusmodi tempus, durante iusto impedimento, cum præscriptio temporalis ¶ 42
minoribus non currat, sed ipso jure tuti sint, ut est *tex. in l. fin. C. in quibus ca. rest. in int. non est necess.* loquens de præscrip. legali, quod latius prosequitur *Sfort. Odd. tract. de rest. in integ. q. 88. art. 2.*

SECUNDA CONCLUSIO. Ubi etiam ipso jure cur-